UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLVIII. Papst Johann XXIII. eximirt das Collegiatstift auf dem Schlosse zu Tangermünde von der Diöcesanschaft des Bischofes von Halberstadt und bestätigt ihm die Kirchen zu Tangermünde und die ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54934

Visual Library

XLVIII. Papſt Johann XXIII. eximirt das Collegiatſtift auf dem Schloſſe zu Tangermünde von der Diöceſanſchaft des Biſchofes von Halberſtadt und beſtätigt ihm die Kirchen zu Tangermünde und die Pfarrkirche zu Treuenbrietzen, am 5. Januar 1414.

Johannes Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad ſacram Petri ſedem diuina diſpoſitione vocati pro fidelium quorumlibet, preſertim Imperialibus et Regalibus elargitionibus munitorum ſtatu ſalubriter dirigendo preces libenter inter ſolicitudines inpendimus efficaces, ut illi ab omni preturbatione ſecuri a iugo cuiuslibet ſuppreſſionis conſeruentur illeſi, prout perſonarum et temporum qualitate penſata expedire conſpicimus, perſonas ipſas apoſtolice libertatis clipeo communimus. Sane peticio nuper pro parte cariſſimi in Criſto filii noſtri Sigismundi, Romanorum et Hungarie Regis Illuſtris, nobis exhibita continebat, quod diuus recolende memorie Carolus, Romanorum et Bohemie Rex, eiusdem Sigismundi Genitor, zelo deuotionis accenſus ac cupiens ſue et progenitorum ſuorum animarum ſaluti prouidere, nec non tranſitoria in eterna et terrena in celeſtia felici commercio commutare, Eccleſiam in Caſtro Tangermunde Halberſtadenſis Dioceſis, quod tunc ad genitorem pertinebat, nunc vero ad Sigismundum prefatos pertinet, in Collegiatam Eccleſiam pro uno Prepoſito et nonnullis Canonicis iuxta morem et conſuetudinem aliarum Collegiatarum Eccleſiarum illarum partium erigi, nec non parochialem Eccleſiam Sancti Stephani in ſuburbiis dicti caſtri cum omnibus iuribus et pertinentiis ſuis prefate Collegiate Eccleſie incorporari canonice procurauit. Nos igitur attendentes laudabile propoſitum ipſius genitoris, ac volentes eandem Eccleſiam Collegiatam amplioribus proſequi gratia et fauore, ipſius Sigismundi in hac parte ſupplicationibus inclinati, Collegiatam et Parochialem predictas eccleſias — — nec non parrochialem Eccleſiam in Bretzen, Brandenburgenſis dioceſis, eidem Collegiate Eccleſie etiam Canonice anneximus, ac perſonas in eis degentes, ut eo deuotius diuinis intendant laudibus, quo potiores extiterunt, immunitatis priuilegio communite, cum omnibus membris, iuribus et pertinenciis ac poſſeſſionibus et bonis ſuis mobilibus et immobilibus quibuscunque tam preſentibus quam futuris ab omni ſuperioritate, iurisdictione, dominio et poteſtate, correctione et viſitatione Venerabilium fratrum noſtrorum Halberſtadenſis et Brandenburgenſis Epiſcoporum, qui nunc ſunt et erunt pro tempore, nec non quorumcunque aliorum Ordinariorum Locorum etiam Metropolitani Judicum auctoritate apoſtolica et ex certa ſcientia tenore preſentium prorſus eximimus et totaliter liberamus, ac ſub ſancti Petri ac ſub ſedis apoſtolice protectione ſuſcipimus atque noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus — immediate volumus ſubiacere. Itaque Epiſcopi et Judices prefati aut queuis alia perſona eccleſiaſtica vel mundana, quacunque prefulgeat dignitate, ratione delicti vel contractus aut rei, de qua agetur, vbicunque committatur delictum, iniatur contractus, vel res ipſa conſiſtat, nullam in Eccleſias, perſonas, poſſeſſiones et huiusmodi, utpote prorſus exempta, poſſint excommunicationis ſuſpenſionis vel interdicti ſententias promulgare, vel ſuperioritatem, iurisdictionem, poteſtatem aut dominium exercere, ſed duntaxat perſone ipſe ſuper premiſſis vel aliis quibuscunque coram dicta ſede vel eius delegatis teneantur de iuſticia reſpondere. Et nichilominus ſtatuimus et etiam ordinamus, quod preſentatio perſone ydonee ad Prepoſituram ipſius Collegiate ad Marchionem Brandenburgenſem, qui erit pro tempore, nec non prepoſiti ipſius Collegiate ad Decanum exiſtentem pro tempore Sancti Nicolai in Stendal dicte Halberſtadenſis Dioceſis, que ſedi predicte immediate ſubiecta exiſtit ac perpetuorum Vicariorum eiusdem Eccleſiarum inſtitutio, quocies ipſas vacare contigerit, nec non ſingularum perſonarum in eisdem ſanctorum Johannis Baptiſte et Johannis Euange-

liſte ac parrochialibus Eccleſiis degentium exceſſuum ſeu delictorum Correctio et punitio etiam ad eundem prepoſitum perinde perpetuis futuris temporibus debeat pertinere, ſicuti ad Ordinarium loci, premiſſis non obſtantibus, pertineret, felicis recordationis Innocentii PP. IIII. predeceſſoris noſtri et qualibet alia Conſtitutione apoſtolica contraria non obſtante, decernentes ex nunc omnes excommunicationes, ſuſpenſiones et interdicti ſententias et quoscunque proceſſus, quasvis penas et ſententias continentes, quos contra ſanctorum Johannis Baptiſte et Johannis Euangeliſte et parochiales Eccleſias, perſonas, poſſeſſiones ac bona huiusmodi promulgari contigerit, irritas ac inanes — decernentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre exemtionis, liberationis, ſuſceptionis, voluntatis, conſtitutionis et ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Date Conſtantie, Nonis Januarii, Pontificatus noſtri anno quinto.

Gercken's Diplomat. II, 289—294.

XLIX. Burggraf Friedrich vereignet dem Collegiatſtifte St. Johannis auf dem Schloſſe zu Tangermünde Hebungen, welche dieſem der Hofrichter Johann von Kokede geſchenkt hat, am 9. März 1414.

Wir Fridrich, von gotes gnaden Burggrafe zu Nuremberg, Vorweſer der Marck zu Brandenburg, bekennen offentlichen mit diſſem brieff, Als vnſer lieber getruwer vnd Houerichter Jane von Kokede den Erbergen vnd andechtigen vnſen lieben getreuen, Probſte, Chorherren, Capittel vnd der Kirchen oder Cappellen Sant Johannes Baptiſte vnd Sant Johanns apoſteln vnd Ewangeliſten vff dem Sloſſe zu Tangermunde zu ewiger gedechtniſſ gegeben hat dieſe jerlichen gutere vnd Zinſe, mit namen in dem dorffe zu gropeleue Eylfftehalben brandeburgiſchen Schilling vff einen hoff, da Wilicke ytzunder vff wonet, in dem dorffe zu Bolckſtorff vff Rolen Monwert houe tzwin Brandenburgiſche Schillinge, uff Diediken Zergens Houe Sechs Brandenburgiſch pfenning, vff des Krughers Houe einen Brandenburgiſchen Schilling, vff Leuinus houe tzwin brandenburgiſche Schillinge vnd vff Tylen tzwelekens Houe vier brandenburgiſche ſchillinge, daz alles vff dry vierdunge machen moge, myt vryheiten vnd rechicheiten, alle Jare vff Sant Michels tag zugeben, datz alles von der Marggraueſchaffte vnd vns zu lehen gegangen iſt, darumb Jane ebgenente fur vns kommen iſt, das alles vffgereichet vnd vns deumuticlichen gebeten hat, das zuvereygen; Alſo vmb merung willen gotsdinſte vnd von beſundern gnaden haben wir ſolch gnente guter vnd zinſe von dem egnanten Jane als vor in vnd ſine erben vffgenommen vnd den egenanten Probſte, Capittel, kirchen vnd Capellen vff dem Sloſſe zu Tangermunde vnd iren nachkomelingen recht vnd redelichen gegeben vnd vereigint, alſo daz ſie das alles getruwelichen vnd fredelichen innehaben, nutzen vnd nieſſen ſollen vnd mogen, vnde damit ton vnd laſſen, als mit iren eigentlichin gutern, on hinderniſſe des egenanten Janen vnd ſiner erben, ongeverde, vnd doruff, ſo haben wir vns fur vns, vnſre erben vnd Marggraueſchafte vertziegen, geuſſert vnd abegeton, vertzeichen vnd ton vns abe aller rechticheiten vnd eygenthume, die wir gehabt haben oder gehaben mochten zu vnd noch der egeſchriben guter vnd zinſen wegen, den egenanten probſte, Cappittel,